

in epistolam I ad Timotheum III

Lectio tertia.

Mulier in silentio discat cum omni subiectione. Docere autem mulieri non permitto neque dominari in virum: sed esse in silentio. Adam enim primus formatus est. deinde eua et adaz non est seducta: mulier autem seducta in puaricatione fuit. Saluabitur autem per filiorum generationem si permanserit in fide et dilectione et sanctificatione et cum sobrietate.

Superius apostolus ordinauit mulieres quo ad orationem: hic ordinat eas quantum ad doctrinam. et primo ponit suam ordinationem circa eam doctrinam. Secundo ratione ordinationis assignat ibi. Adam enim primus etc. Tertio respondet tacite questioni ibi Saluabitur autem etc. Item primo ostendit quid mulieribus conueniat. Secundo quod eis non competat ibi. Docere autem etc. Circa primum tria ponit eis competere scilicet taciturnitatem. disciplinam et subiectionem que tria ex vna ratione procedunt. scilicet ex defectu rationis in eis quibus primo indicit silentium Jac. 3. Si quis in verbo non offendit huius peccatus est vir. 1. cor. 14. Mulieres in ecclesijs taceant. non enim permittit eis loqui etc. Secundo quod verba mulieris sunt inflammatoria Eccl. 9. Colloquium illius quasi ignis erardefcit. Item ut dicant. quia eorum qui deficiunt ratione propter est addiscere. 1. cor. 14. Si quid volunt discere domini viros suos interrogent etc. Viris autem datur quod doceant. Item subiectione quod naturale est quod anima dominat corpus. et ratio viribus inferioribus. Et ideo sicut prius docet. Quandoquocumque aliqua duo adiunguntur sic se habent sicut anima ad corpus. et ratio ad sensualitatem. naturale dominium est eius qui abundat ratione. et illud est principans. aliud autem est subditum quod scilicet deficit ratione. Sen. 2. Sub viri potestate eris. Item excludit ea que eis non competunt et sunt duo scilicet ut non doceant. Sed contra. puer. vi. Erudiuit eum mater sua etc. Respondeo dicendum est quod doctrina publica non competit mulieri. et ideo dicit. In ecclesia. Alia est priuata et hac mater erudiuit filium. Sed contra Iudic. 5. Delbora erudiuit populum israhel. Respondeo illa eruditio est per spiritum prophetie et gratia spiritus sancti non discerunt inter virum et mulierem. nec tamen publice predicabat sed instinctu spiritus sancti consilia dabat. Secundo interdicitur eis dominium in virum Eccl. 25. Mulier si primatum habeat contraria est viro suo. Et prius dicit quod dominium mulierum est corruptio familie. sicut tyranni in regno. Et sic prohibet duo contra duo que competunt eis sed tertium repetit scilicet in silentio. Deinde cum dicit Adam enim etc. Assignat rationem eius quod dixerat. et primo ex ordine creationis. Secundo ex ordine culpe ibi. Et adam non est etc. Circa primum sciendum est quod in ordine rerum perfectus et imperfectus diuersimode ordinantur. quia in vno et eodem imperfectus precedit tempore. et perfectus precedit natura. quia natura redit ad perfectum. sed in diuersis perfectum est prius tempore et natura. quia natura semper incipit a perfectis. Et hunc ordinem agit hic. quia vir perfectus est natura humana mulier vir occasionatus. Unde primo formatus est adam Sen. 2. Formauit deus hominem de limo terre etc. Secundo dario mulier sicut quodam imperfectum a perfecto originatum scilicet de costa. 1. cor. 11. Non enim vir ex muliere: sed mulier ex viro est etc. Et inde est quod homo non dicitur factus propter mulierem sed ad similitudinem dei. Sen. 1. Faciamus hominem ad ymaginem et similitudinem nostram. Mulier autem propter virum ideo vir debet pessere. Item ex parte culpe. Ordo enim generationis et corruptionis est contrarius. quia quod est primum in generatione est vltimum in corruptione. Peccatum

autem est corruptio nature. et ideo generatio incepit primo ab adam: sed corruptio a muliere. Unde dicit Adā non est seductus scilicet primo. quia fortior erat: sed incepit a debiliori ut facilius seduceretur fortior. Alludit autem hic verbis adē Sen. 3. Eū enim dominus reprehendit adam dixit Mulier quā dediti mihi dedit mihi etc. Et ideo dicit Adaz non est seductus sed mulier Seductio autem duplex est. scilicet in vniuersali et particulari eligibili que est ignorantia electionis. Quicumque ergo peccat seducitur ignorantia electionis in particulari eligibili. Mulier autem fuit seducta ignorantia in vniuersali quando scilicet credidit quod serpens dixit. sed vir non credidit hoc: sed deceptus fuit in particulari. scilicet quod gerendus esset mos vxori et cum ea comedere deberet et inexpertus diuine severitatis credit quod facile et remitteretur. Sed contra. Ignorantia est pena peccati. ergo pena precessit culpam. Respondeo dicendum est quod non precessit. quia statim ad verba serpentis fuit elata quod alius esset de ea sollicitus et ex illa elatione seducta est. vnde elatio precessit. Deinde cum dicit. Saluabitur autem etc. Responderet cuidam tacite questioni. quia diceret quis quod si mulier non est propter virum et ex ea est initium peccati. ergo viro est nocua. Sed si aliquid non est propter aliud sed est ei nociuum debet tolli. ergo mulier non debet saluari. Dicendum est ergo quod duplex est salus. scilicet temporalis et hec est communis etiam brutis. Alia est eterna et hec est propria hominum Isa. 51. Salus autem mea in sempiternum erit etc. Et tamen aut saluti mulier non amittit. Non temporalē. quia statim non priuat sexu muliebri propter generationem proles. nec eternā quia in animā capax est gratie et glorie. Et ideo quantum ad primum dicitur: Saluabit id est non extirpabitur. et hoc per generationem filiorum ad quā est a deo ordinata. Quantus ad secundum dicit. Si permanserit etc. Sed quod si ipsoz causam nūc quid que non permansit non saluabit cum apostolus dicat quod mulier melius facit si non nubat. Respondeo vno modo potest esse locutio figuratiua et sic per virum ratione superior intelligitur. ratio inferior est mulier. opera bona sunt filij inferioris rationis. et charitas quā per virum concipit et per hoc saluabitur. Alia est expositio literalis. ut ly per non dicitur eam sed repugnantiam. Et est sensus. Mulier saluabitur etiā si incedat per generationem scilicet si nubat et non sit virgo. Et tunc ly per dicit augmentationem salutis quasi per generationem filiorum ad cultum dei magis saluabit Eccl. 7. Filij tibi sunt erudi illos: et incurua illos a pueritia illorum etc. De salute vero eterna tria ponit. scilicet quod aliqd sit in intellectu. Secundo quod in affectu. Tertio quo ad exteriorum actum. In intellectu est fides per quā intellectus christo subijcitur. Unde dicit In fide. Heb. 11. Sine fide impossibile est placere deo Et quia fides nihil valet sine dilectione. Ideo statim subiunxit dicens: Et dilectione. 1. cor. 13. Si habuero omnem fidem ita ut montes transferam charitatem autem non habuero nihil sum etc. In exteriori autem ponit duo contra lasciuia que consistit in duobus scilicet in luxuria. Et quantum ad hoc dicit. In sanctificatione. id est in castitate. 1. thes. 4. Hec est voluntas dei sanctificatio vestra etc. Item in crapula. contra quod dicit. In sobrietate. 1. thes. 2. Sobrietas et pietas iuste viuam in hoc seculo et cetera.

Capitulum tertium.

Fidelis sermo. Si quis episcopus desiderat bonum opus desiderat. Sportus enim episcopum irreprehensibile esse. vnius vxoris viz sobrium. ornatum. prudentem. pudicum. hospitalem

Explanatio sancti Thome

doctorē. nō violentū. nō pūssorē sed modestum. nō litigiosum. non cupidū sed sue domui bene prepositum. filios habentem subditos cum omni castitate.

Supra instruit timotheum de pertinentibus ad fidem rectā et cultū dei: hic agit de instructione officiorū ecclesiasticorum. Et primo ponitur institutio. Secundo sue institutionis occasio seu necessitas ibi. **Hec tibi scribo** etc. **Ite** primo instruit de pertinentibus ad episcopū. Secundo quo ad diaconos ibi. **Diaconos** similiter etc. **Sed** cum finem duntaxat tres sint ordines scilicet episcoporum qui presbiterorum qui illuminant. diaconorum qui purgant quare non facit mentionē de presbyteris: **Respondeo** videndum est quod presbyteri intelliguntur cum episcopis nō quod sit indistinctio inter ordines quum ad rē sed quantum ad nomina. quod presbyter idē est quod senior et episcopus superintendens. Et ideo presbyteri et episcopi quum ad nomē vocabantur et episcopi et presbyteri. Circa hoc ergo primo agit de desiderio perueniendi ad episcopatū. Secundo describit conditionē episcopi ibi. **Oporet autē** etc. **Præmittit** ergo sue institutionis assertionē dicens. **Fidelis sermo** scilicet quem dicā vel dixi. **Apoc. vlti.** **Hec** verba fidelissimā et vera sunt. **Si quis** etc. **Ex** hoc sumpsit aliqui occasionē ambitionis episcopatus et prelacionis. **Sed** non recte intelligunt quod hic dicitur. **Apostolus** enim hō voluit ostendere quid pertineat ad episcopum. **Episcopus** est nomen grecū. scopos enim idē est quod intendens. epi. idē est supra quasi superintendens. **Duo** ergo sunt consideranda in episcopo. scilicet gradus superior et actio plebivtilis. **Alii** enim proijciunt forte oculū ad ea que circūstant eū scilicet quod qui preest honozatur et quod habet potestates. **Et** quod propter ista desiderat episcopatū nescit quid sit episcopus. **Et** ideo dicit apostolus quid sit episcopus: et quid desiderat qui episcopatū desiderat. quia bonū opus. **Non** dicit bonū desiderium habet sed bonū opus scilicet utilitatē plebis. **Sed** nunquid licet ipsum desiderare? **Aug.** dicit quod nō. **Slo.** **Locus** superior sine quo regi non potest populū. et teneatur et administratur decenter: tamē indeceter appetitur. **Et** idē dicit. **19.** de civitate dei. **Cuius** ratio est quod nullus debet appetere aliquid supra vires suas non sibi proportionatū aliter esset stultus. **Oratius.** **Iude** re qui nescit capere abstinere armis **Iste** ergo bñ episcopatū desiderare posset cuius opus episcopatus esset proportionatū. **Ad** hoc autē nullus est idoneus quia prelatus finem gradū et convenientiā debet omnes alios excedere in conversatione et contemplatione ita ut in respectu sui alij sint grex. **Et** hanc ydoneitatem de se presumere est maxime superbie. **Aut** ergo appetit circūstantias: et tunc nescit quid appetat. quia nō est hō episcopatus vltimus opus et hoc est superbie. **Et** ideo non est accipiendū nisi impostum. **Slo.** **Si** dicit status episcoporum ē perfectio: status religiosorum. hunc autē licet appetere. **Respondeo** perfectio aliter se habet in hoc et in illo. quia status episcoporum presupponit perfectionē: et ideo nullus appetere debet nisi habeat eam. sed status religiosorum est via: et ideo non requiritur perfectio iam habita: sed quod acquirat eam nisi habeat. et hoc patet **Job. vi.** vbi dominus **Symoni** nō dicit: **Si** vis perfectus esse. **pascere** etc. **Et** iuveni dicit. **Si** vis perfectus esse etc. **Sic** ergo intelligendū est in nomine episcopatus bonū opus. **1. Pe. 5.** **Non** ut dominātes in clericis sed forma facti gregis etc. **Quasi** dicat. **Si** tu episcopatū desideras hoc est quod desideras quod bonum opus. **¶** **Sed** qualis debeat esse episcopus ostendit cum subdit **Oporet** episcopum etc. **Quæ** primo instruit in generaliter. **Secundo** in speciali ibi. **Cuius** vxoris etc. **Dicit** ergo

Dico quod bonū opus desiderat: sed ad hoc non omnis est idoneus: sed oportet quod sit talis. primo irreprehensibilis. **Unde** de **Zacharia** dicit **Luce. 1.** quod incedebat in omnibus mandatis et iustificationibus dñi sine querela **Luce. 21.** **Cui** habuerit maculā nō offeret panes deo suo nec accedet ad ministeriū eius. **Hec** intelligendus est quod omnino sit sine peccato. quia dicitur. **1. Job. 1.** **Si** dixerim? etc. **Hec** est dicendum sicut aliqui dixerunt quod quicumque peccavit mortaliter post baptismū non est ydoneus: quod pauci essent tales. sed irreprehensibilis id est non subiectus aliqui peccato: unde ab alijs reprehendi possit: quod indecens est si irreprehensibilis sit reprehensibilis. **Mat. 7.** **Et** ecce pñū trahē etc. **¶** **Deinde** cum dicit. **Cuius** vxoris etc. **Instruit** eum in speciali et primo quantum ad se. **Secundo** quantum ad multitudinē ibi. **Filios** habentē etc. **Iterum** prima in duas. quia primo ostendit quibus virtutibus ornēt. **Secundo** a quo mens debet esse imunis ibi. **Non** violentū etc. **Omnis** autē moralis virtus est primo circa passiones: necesse sunt vno que faciunt sanctitatem: scilicet castitas et sobrietas. quia per delectationē vel delectabilia carnis maxime inquietatur anima. **Et** ideo primo ponit quod pertinet ad castitatem dicens. **Cuius** vxoris virum. **Similiter** primo. **In** hoc autē discordia videtur esse inter **Augustinum** et **hieronymū.** **Hieronymus** enim dicit quod hoc intelligitur post baptismū. quia si ante baptismū duas habuit vxores vel vnā primo et alia postea non impeditur ab ordinatione. quia per baptismū omnia delectantur. **Augustinus** et **Ambrosius** contrariū dicunt. quia siue ante siue post siue duas habuit non ordinat. **Et** nunquid baptismus non omnia delet? **Rē** dē sic. pñā nō irregularitatem quod interdū etiam sine peccato incurritur ex sola ecclesiastica institutione. **¶** **Matrimonium** non est peccatum etiā in paganis. **Sed** que est causa huius institutionis? **Nunquid** non magis impeditur qui multas concubinas habet? **Respondeo** dicens dum quod hoc fit non propter incontinentiā rñi: sed propter representationē sacramenti. quia sponsus ecclesie ē christus et vna est ecclesia. **Can. 5.** **Vna** est columba mea etc. **¶** **Secundo** agit de sobrietate. **1. Pe. 2.** **Sobrie** et pie et iuste viuamus in hoc seculo etc. **Hic** enim docet episcoporum quod dicitur superintendēs ut vigilet. **Luce. 1.** **Passores** autē erant etc. **Et** ebrietas obstat vigilanti. **1. Pe. vlti.** **Sobrii** estote etc. **Tertio** ordinat rationē dicens. **Prudentes.** quod hec est regitima omnium virtutum. et episcopus eligatur ut alios regat. **Mat. 10.** **Estote** prudentes. **Mat. 24.** **Quis** purus est fidelis faus et prudens etc. **¶** **Consequenter** ponit virtutes que ordinant actiones exteriores. **Primo** quantum ad se. **Secundo** quantum ad alios. **Quantum** ad se dicit ornatum pudicū. **Ornatus** est quando bene componit in actibus et dictis. **Ornatus** enim ipozat pulchritudinē quod consistit in proportione. **Unde** tunc est ornatus quando agit et loquitur ut decet. **Ecc. 4.4.** **Homines** diuites in virtute pulchritudinis studium habentes etc. **Hoc** requiritur in episcopo. quod per exteriora iudicamus de interioribus. **Ecc. 19.** **Amicus** corporis et risus dentium. et ingressus hominis enunciant de illo. quod prelatus ponit in aspectu hominum oportet quod sit ornatus. **¶** **Unde** de **ambrosio** quod quosdā ordinare nolebat. quod dissolute incedebat. **Ite** quandoque contingit quod occurrunt aliqui aliqua turpia in alijs vel agentibus vel diligentibus. et ad hoc debet habere pudiciā ut verecundē si videat vel audiat. **Aug.** **Impudicus** oculi impudici cordis est nūcius. **Ec. 7.** **Gratia** enim verecunde illius super aux. **¶** **Deinde** cum dicit. **Hospitalis** etc. agit de episcopo coparatiōe ad alios. **Impositū** autē episcopo ut pascat oues **Jo. vi. 1. Pe. vi. 1. Pe. vi.** **Et** duplex est elemosina. scilicet corporalis et spiritualis. **Ergo** debet in utraq pascere. **Quantum** ad primū dicit. **Hospitalis** scilicet peregrinorum et hostium

in epistolam I ad Timotheum III

spitum. Ro. 12. Hospitalitate sectates. Heb. vlti. Hospitalitate nolite obliuisci. Job. 31. Hostium meorum viatorum patuit. Quam ad secundum dicit. Doctores Epb. 4. Alios pastores et doctores. Et hoc est officium proprium prelati. Iere. 3. Dabo vobis pastores iuxta cor meum et pascent vos scientia et doctrina. Consequenter cum dicit Non vinolentum. remouet vitia opposita. Tria autem remouet. Unum quod pertinet ad concupiscentiam carnis. Aliud ad iram. Aliud ad cupiditatem. Quam ad primum dicit. Non vinolentum. Vinus dicitur plus significat Epb. 5. Nolite inebriari vino in quo est luxuria. Quasi dicitur non gulosum non luxuriosum. Quam ad secundum dicit. Non percussorem. Decenter prohibet hoc post vina. quia ebrius defacili percutiunt sed modestus id est patienter. Phil. 4. Dodesia vestra nota sit omnibus hominibus. Bene patientes erant ut annuntiant. Christus passus non percutiebatur. Secundo quod dicitur ad verba cum dicit. Non litigiosum. 2. thym. 2. Seruum dei non oportet litigare. 1. cor. 11. Si quis videtur contentiosus esse nos talem consuetudinem non habemus neque ecclesia dei. Et hoc quod episcopi sunt successores apostolorum Christus instruit ut pacem annuntiant. In passione sua Christus dixit. Pacem meam do vobis. pacem meam relinquo vobis. Quam ad res temporales dicit. Non cupidus quia ponitur iudex et ordinator ecclesie qui si sit cupidus defacili delinquit ad iustitiam. Pro. 23. vicefimo tertio Ne accipias munera que excecant etiam prudentes et subuertunt verba iustorum. sed deu. Iere. 6. A maiore visus ad minorem omnes auaritie student. 2c.

Lectio secunda.

Siquis autem domui sue preesse nescit quomodo ecclesie dei diligentiam habebit. Non neophitum: ne in superbia elatus in iudicium incidat dyaboli. Oportet autem et illum testimonium habere bonum ab his qui foris sunt ut non in opprobriis incidat et in laqueis dyaboli. Dyacones similiter pudicos. non bilingues. non multo vino deditos. non turpe lucrum sectantes. habentes mysterium fidei in conscientia pura. Et hi autem probentur primum: et sic ministrant nullum crimine habentes. Mulieres similiter pudicas. non detrahentes. sobrias. fideles in omnibus.

Supra ostendit apostolus qualis debet esse episcopus secundum se: hic ostendit qualis debet esse in comparatione ad multitudinem. Et primo ad multitudinem domesticae familie. Secundo quo ad multitudinem ecclesie ibi Non neophitum. Tertio quo ad multitudinem infidelium ibi. Oportet autem. In primo ostendit qualis debet esse in comparatione ad familiam domesticam. Secundo rationem huius assignat ibi. Si quis autem. Item primo ostendit quod ab episcopo requiritur gubernatio debita familie. Secundo bona instructio filiorum ibi. Filios habentem. Dicit ergo. Oportet episcopum posse domum id est familie sue. Et ea bene gubernet. Bona autem gubernatio non solum est acquisitio diuinorum. quia ea non sunt finis yconomice sed instrumenta. sed finis eius est recta vita. Eccl. 44. Pacificitates in domibus suis. Specialiter autem in domestica familia precipui sunt filii. Et ideo dicit de eis specialiter Filios. id est quod suis filiis do minetur non emollitus ex teneritudine amoris quam quam dicitur extendit ad filios. Inter alia autem que requiruntur in filiis episcoporum quos habuerunt antequam essent episcopi re-

quiruntur quod sint casti. quia mala eorum vita esset testimonium contra parentem et prelatum. Eccl. 10. Secundum iudicem populi sic et ministri eius. et qualis rector ciuitatis: tales et habitantes in ea Sap. 4. Ex iniquis enim omnes filii qui nascuntur testes sunt nequitiie aduersus parentes in interrogatione sua. Secunda ratio est. quod ad domum episcopi concurret populus ideo oportet eos esse castos. Contra illud. 1. reg. 2. ubi filii hely non casti corrumpebant mulieres venientes ad templum. unde et hely a domino est punitus. Deinde cum dicit. Si quis autem. Dicitur sui rationem assignat. Oportet enim dicit. Quid ad episcopum quod bene regat familiam cui iminet cura communis: Et ideo dicit Si quis autem. id est proprie familie Luc. 16. Qui fidelis est in minimo et in maiore fidelis est. Contingit tamen frequenter quod aliqui non sunt regituri bene in paruis domesticis qui tamen bene regunt in maioribus. Sed dicit. nescit ut hec nescientia referatur ad negligentiam. et qui parua negligit defacili magna negligit. sed qui non curat de paruis aliqui bene se habent in maioribus. Consequenter ostendit quod quilibet se habeat ad multitudinem ecclesie in qua non debet esse nouitius in fide sed antiquus. Unde dicit Non neophitum id est nouam fidem habentem Act. 1. Oportet eligere unum ex his qui nobiscum. Idem numeri. 11. Congrega mihi. 70. viros de senioribus quos tu nosti quod senes sint populi ac magistrum et duces. Sed sicut dicitur Sap. 4. Senectus venerabilis est non diuturna neque numero annorum computata. Contingit enim quoad quod in aliquibus nouis in paruis det gratia et habet simul cum etate maiorem senectutem quod dispendii fatiue promouentur sicut ambrosius diuina inspiratione. Unde hoc quod dicitur hic ad eos pertinet qui non solum etate neophiti. sed et qui neophiti sunt perfectione. Et huius est ratio ne in superbia. Quando enim aliquis de nouo veniens ad fidem et ad conditionem aliquam promouetur res putat se alijs meliorem et valde necessarium quasi nisi ipse esset non haberent unde procederet ecclesie. Et dicit dyaboli. quia ipse condemnatus fuit propter peccatum superbie. Deinde cum dicit. Oportet autem illum. Ostendit qualiter se habeat ad multitudinem infidelium. et ponit documenta. Primo ut sit bone fame Col. 4. In sapientia ambulate ad eos qui foris sunt. 1. Pe. 2. Conuersationem vestram inter gentes habentes bonam. Et hoc necessarium est prelati. quia conuersatio totius congregationis iudicatur ex prelati. Sed contra. 2. cor. 6. Per infamiam et bonam famam. Respondeo infamia insurgit quandoque ex culpa eius qui infamatur. et hanc prohibet hic. quandoque ex malitia detrahentium. et in hac oportet habere patientiam. et de hac loquitur apostolus ibi. Sed hic loquitur de assumendo in episcopum qui sit bonus et infamatus falso debet patienter ferre. Secundo assignat rationem. Unum subdit. Et non in opprobriis. Unde tangit duplex periculum scilicet ne fiat opprobriosus et per hoc eius auctoritas minuat. et per consequens auferat a vicia corrigendi Mat. 7. Nunc primo trabem. Secundo vero ne incidat. quandoque scilicet impatienter sustinendo quod infamis concitetur ad odia et desperet et huiusmodi. Et quod prelati sit odiosus laycis: contingit si negligit cultum diuine laudis. Mat. 2. Tritum fecistis pactum leuit dicit dominus exercituum propter quod dedi vos contempribiles et humiles omnibus populis. Deinde cum dicit Dyacones. Ostendit pertinentiam ad dyacones quod in greco idem est quod ministri. In primitiua enim ecclesia solum erant tres ordines ut dicit dyonysius scilicet episcoporum presbyterorum et ministrorum et non diuiserant per diuersos gradus: sed omnia erant in uno ordine propter paucitatem ministrorum et propter nouitatem ecclesie. Nunc ergo ostendit quod debet esse secundum se. Secundo tamen ad alios ibi. Mulieres. In primo ostendit quod debet esse se. Secundo quo examinandus sunt ibi. Et hic. In primo

Explanatio sancti Thome

ostendit quales debet esse quantum ad eorum proprium corpus.
Secundo quantum ad res exteriores ibi. Non turpe etc.
Tertio quantum ad alia ibi. Habentes etc. Item quantum ad eorum
pudorem. Primo ostendit quo ad totius corporis qualitates.
Secundo quantum ad oris refrenationem. Dicit ergo. Dico
quod episcopi debet esse pudici. Similiter oportet diaconos
esse. quia contrarium pudicitie facit inepum ad spiritualia.
quia denegat animum a spiritualibus que necesse est tales
habere elevatum. *1. Cor. 14. 32. Mundamini qui fertis vasa do-*
mini etc. Luc. 12. Sint lumbi vestri percincti etc. Dein
de ostendit quales debent esse in ore. Os deseruit locu-
tionis etc. Quantu ad primum dicit. Non bilingues.
Eccl. 2. 8. Lingua tercia multos comouit et dispersit illos
a gente in gente etc. Bilinguis est habes duas linguas
Non erit tales diaconi ministri pacis. Quantu ad se-
cundum dicit. Non multo etc. puer. 23. Cui ve? Cuius patri
ve? cui rixet? cui fouet? cui in ca vulnera? cui suffossio oculo-
rum? Nonne his qui comorantur in vino et studet calicibus
epotandis etc. 5. Te qui potentes estis ad bibendum vi-
nu et viri fortes ad miscenda ebrietate. Deinde cum dicit
Non turpem etc. Ostendit quomodo se habeant ad res
exteriores. Non solum est diuertitur a iusticia quandoque p-
pter cupiditatem lucris sed etiam a veritate dicentes que non
oportet. Et ideo prohibet eis teporale lucrum in quo intel-
ligitur omne lucrum inhonestum. Sed quantum ad affectu-
onem dicit Habentes etc. Et instruit eos. Primo quantum ad
fidem. Secundo quantum ad conscientie puritatem. Unde dicit Mi-
sterium fidei non fide. id est non tantum fide simpliciter sed intel-
ligentia eius quod in fide occultum est. Ministerium enim id est
quod occultum: quia ministri debent scire non tantum ea de fide
que et populus intelligit. sed et misteria. quia debet ali-
os instruere. 1. Pe. 3. Parati semper ad satisfactionem omni-
poscenti vos ratione de ea que in vobis est fide et spe etc.
Item conscientia pura. quod ipsa facit in fide errare. 1. 1. Fi-
nis autem preceptum est charitas de corde puro et conscientia bo-
na et fide non ficta etc. Deinde cum dicit. Et hiis qui ben-
dicuntur etc. Ostendit quod examinentur. Posset enim dicere ali-
quis. Puto omnes bonos. hoc enim debet esse in tua reputa-
tione. Sed quantum ad eorum promotionem omnes sunt examina-
ti unde etiam ipsi examinantur unde dicit. Et hiis etc. Mul-
lum crimine. id est peccatum mortale. non autem inter dicit de pec-
cato veniali. quia ut dicitur. 1. Job. 1. Si dixerimus: quia
peccatum non habemus ipsi nos seducimus et veritas in nos-
tris non est. Hec dicit qui habuerunt: sed qui habet id est
sunt notabiles et habet infamie crimine. Alioquin hoc esset
verogare clauibus ecclesie. Deinde cum dicit. Mulieres
etc. Ostendit qualiter se habeant ad alios. Et primo ponit
suam instructionem. Secundo rationem ibi. Qui enim habent
etc. Circa primum duo facit. quod primo ostendit qualiter se ha-
beant ad uxores quas habebant in primitiua ecclesia. et
loquitur per statum illo. Secundo quo ad filios ibi. Qui fi-
lij etc. Item prima in duas quod primo ostendit quales de-
bent esse eorum uxores. Secundo qualiter ipsi habeant se
ad illas ibi. Diaconos etc. In uxoribus eorum requirit qua-
tuor. scilicet pudicitiam. modestiam. sobrietatem. et fidelitatem. Di-
cit ergo similiter sicut dixi de diaconibus dico de mu-
lieribus quia oportet eas esse pudicas. Eccl. 26. Gratia
super gratiam mulier sancta et pudorata. Item modestas
in lingua non detrahentes. Eccl. 10. Non si serpens mor-
deat in silentio: nihil eo minus habet qui detrahit etc. Item
sobrias que est maximum ornamentum mulierum. 1. 2. Simi-
liter et mulieres in habitu ornato cum verecundia et sobrie-
tate. Item fideles vel deo quantum ad veram fidem vel viris su-
is. Sed que culpa est diaconi si eius uxor est mala. Res-
pondeo. Aliquis a ministerio repellit non solum propter cul-
pam sed etiam propter aliquod impedimentum ministerij. Et

ideo si preter culpam eorum possent mulieres esse male tamen pres-

Lectio tertia.

Diaconos sint unius uxoris viri: quod
filij suis bene presint: et suis domi-
bus. Qui enim bene ministrauerint:
gradum bonum sibi acquirunt et multam fiduciam
in fide que est in christo iesu. Hec tibi scribo
fili Thimothee: speras me venire ad te ci-
to. Si autem tardauero: ut scias quomodo oportet
te in domo dei peruersari que est ecclesia
dei uiui. columna et firmamentum veritatis.
Et manifeste magnum est pietatis sacramen-
tum quod manifestatum est in carne: iustificatum
est in spiritu. apparuit angelis: predicatum
est gentibus. creditum est in mundo. assum-
ptum est in gloria.

Supra ostendit apostolus quales debent esse diaconos
et eorum uxores: hic ostendit quomodo diaconi se habeant ad
uxores et ad filios et familia. Et primo ponit documentum
Secundo eius rationem ibi. Qui enim bene etc. Dicit ergo
Dixi quod mulieres diaconorum sint pudice. Et si in uxoribus
est pudicitia habenda propter eos amplius in ipsis est ne-
cessaria ut sint omnino a contactu mulierum imunes. Sed
quia fin hoc pauci essent ministri preceperit quod saltem sint unius
uxoris viri. quia habuisse plures est signum incontinentie:
et contra significationem sacramenti. Et inde est quod omnes ins-
tituit in matrimonio unius ad unum. Unde et prima uxor debet
nec dicitur non secunda. Deinde monet qualiter se habeant
ad filios dicens. Qui filij suis bene presint. scilicet bene eru-
diendo in disciplina bona et bona uita. Eccl. 7. Filij tu-
bi sunt erudi illos etc. Consequenter hortatur eos bene
pessere et tori domui id est familie scilicet cum mansuetudine. Eccl.
4. Noli esse sicut leo in domo tua etc. Et huius ponit ra-
tionem dicens: Qui enim etc. Quasi diceret. Ad requis ab
episcopis rationabile est. quod ipsi sunt prelati. Sed quare
a diacono qui est minister. Respondet dicens: Qui enim etc.
Et primo ostendit quod bonus usus huius ministerij est uia ad
maiores dignitates. Secundo etiam quod est uia ad vitam eter-
nam. Quantum ad primum dicit. Qui enim bene ministrauerit
exercendo officium diaconi. Respondet enim est in greco diaconus
in latino dicitur minister. Gradus bonum sibi acquirat. id
est promoueri merentur ad gradum altiorum. Mat. 25. Quia
in pauca fuisse fidelis super multa te constituat etc. Et dicit
bonum. quod supra eodem. Qui episcopatum desiderat bonum opus de-
siderat. Hec tamen in hoc est eorum finis. sed cum hoc remunera-
tionem habent a deo. Job. 12. Uolo ut ubi ego super illic sit
et minister me? Et ideo dicit. Multam fiduciam scilicet auxiliij
gratie in presenti et glorie in futuro. et hoc per fidem christi. 2
cor. 3. Fiduciam tales habemus etc. Eccl. 12. Fiducialiter
agat non timebo. Deinde cum dicit Hec tibi scribo etc.
Ponit rationem omnium predictarum motionum. Et primo

in epistolam I ad Timotheum III

excludit causam opinari. Secundo astruit verā ibi. Si autē etc. Tertio assignat rationē ibi. Que est ecclesia etc. Circa primū sciendū est qd possit timotheus credere qd ex quo scripsit de cetero eū nō visurus esset. als supfluum videretur eū literis monere. Et ideo dicit hoc scripturis etc. Et nominat eū filium. quia sibi charissimus erat. 1. cor. 4. Ideo misi ad vos timotheū qui est filius meus charissimus etc. Et dicit sperā. quasi non certus. 2. Jo. bannia. Plura habens vobis scribere nolui per cartaz et aramentū. spero enim me futurum apud vos et os ad os loqui etc. Scribo igitur licet spem habeā. qz spes in longum ptrabi potest. puer. 16. Dominus est pparare animū et domini linguā gubernare etc. Et ideo dicit. Si autē tardauero etc. 1. thes. 2. Sed sathanas impedit nos Ego igitur scribo vt si tardauero scias quō oporteat te i domo dei puerari. ps. Habitare facit vni? moris in domo. etc. Deinde cū dicit. Que est ecclesia etc. Assignat rationē quare sit sic cōuer sandū in ea. Et assignat rationē huius cause que est duplex. Primo cōmendādo ipsam ecclesiam. Secundo vitatē ecclie ibi. Et manifeste etc. Circa p̄mum duo facit. qz primo cōmendat ecclesiam ex pte ei? cuius est ecclesia. Secundo ex veritate ipsius ecclie ibi. Colūna etc. Ex parte eius cuius est ecclesia qz est dei viui. Ecclia quasi adunatio. quia in ecclesia est adunatio fidelium Ro. 9. Quos vocauit etc. Et adunant in deū. Job. 17. Et i ipsi in nob̄ sint vnū etc. Et ideo dicit qd est dei. Et ad distinctionē alioz deoz ad quos congregantur gentes. Nam hij sunt mortui. sed deus ecclie est viuus. Job. 5. Sicut pater habet vitā in semetipso etc. Est ergo sic in ea cōuersandū vt spiritalitē viuam. ps. Domū tuā dñe decet sanctitudo etc. Secunda rō est ex vitate etc. Naturale est enim hominī vt desideret cognitioz veritatis cū sit perfectio intellectus. Unde Aug. dicit qd beatitudo est finis hominis que nihil aliud est q̄ gaudiū de veritate. Hoc innouit p̄bis p̄ creaturas Ro. 1. Sed in hoc vacillabant. qz non habebāt certitudinē veritatis. tum qz erant corrupti erroribus. tum qz vix inueniē ap̄ eos qz in veritate concordent. Sed in ecclesia est firma cognitio vt veritas. Unde dicit columna Eccl. 24. Thronus meus in colūna nubis etc. Eccl. 26. Colūne auree etc. Et dicitur aurea. qz in se sancta. Et firmamentū scz q̄tuz ad alios. quia non possunt firmari in veritate nisi per ecclie sacramēta. Luc. 22. Tu aliquādo conuersus confirma etc. ps. Ego cōfirmat colūnas eius. Si igitur ecclesia cōgregat in deo et dat cognitionē veritatis debem? esse in ea. Deinde cū dicit. Et manifeste etc. Cōmendat caput ecclie. Et primo xpm ad cuius manifestationē apparuit Secundo de eius exaltatione agit ibi Assump? etc. Cōmendat autē xpm dupliciter. Primo quātū ad naturā diuinā. Secundo quātū ad humanā ibi. Quod manifesta tū est etc. Dicit ergo Et manifeste etc. Quia sacramentū idē est qd sacru secretū. Nihil autē tā secretū q̄ id quod in corde gerimus. Multo ergo magis qd in corde dei et secretum est et sacru. 1. cor. 2. Que sunt dei nemo nouit nisi spiritus dei etc. Esa. 24. Secretū meū mihi. secretum meum mihi Esa. 45. Tu es deus absconditus. Et hoc est verbū dei in corde patris. ps. Eructauit cor meū verbum bonū etc. Hoc siquidē sacramentū est sacramentum pietatis. secretū autē hominī et aliqñ est vanū. ps. Dis seut cogitationes hominū qm̄ vane sunt. In q̄tū ergo est restauratiū mundi est pietatis. Itē magnū quia est ver? deus cuius magnitudinis nō est finis. Hoc ergo secretū quod latet in corde patris factum est hō. Et ideo describit ipm. Secundo q̄tum ad naturā humanā etc. Et primo q̄tū ad carnē. Secundo q̄tum ad animā. Quātū ad primū dicit. Quod manifestatum est in carne. Sicut

verbū quod latz in corde manifestat xbo sensibili. ita xpsi dei in corde dei latebat. sed in carne manifestatum Job. 1. Verbum caro factū est etc. Quātū ad animā dicit. Iustificatum est in spiritu. Hoc dupliciter exponit. Primo ne credat qd caro prius sit concepta dicit qd non. qz in spiritu. id est per sp̄m sanctum cōceptus est Mar. 1. Quod enim ex ea natū est de spiritu sancto est. Et Luc. 1. Quod enim ex te nascetur vocabit filius dei. Et hoc qz spiritus sanctus superueniet in te etc. Et in spiritu sancto humano de q̄ Job. 19. Emisit spiritum. Et sic est manifestatū in carne quod tamē est cum spiritu. Et dico spiritu iustificato. scz quia iustus est absqz omni macula. Deinde cum dicit Apparuit etc. Ostendit eius manifestationē. et primo factā angelis. Secundo hominibus ibi predicatū etc. Dicit ergo sacramentū illud quod apparuit etc. excludit eius am cognitionē angeloz etc. Illud autem dicit apparere quod in potestate sua habz videri et nō videri: et nō subest potestati videntis. Unde non dicit lapis apparet mihi. sed video lapidē. Si ergo angelus in sua natura haberet qd videret verbū. nō diceretur verbū apparere sibi sed qd ipse videret cum veller. Et ideo dicit ap̄s qz apparuit angelis. qz non in sua natura viderunt ipm. Et verum est qd a principio apparuit angelis qm̄ ex conuersione ad se deificauit ipos: sed qm̄ est incarnatū multa misteria innotuerunt angelis que non cognouerant antea. Et ideo dicit Beda qd in natiuitate apparuit angelis claritas q̄ non antea in veritate visa est hominibus. Et hoc dupliciter. Primo q̄tum ad ministerium apostolorum. Secundo quātū ad cognitionē populoz quibz manifestatur. Quid siquidē solis iudeis manifestabat. sed nunc in gentibus. Et ideo dicit predicatū est gentibz Mar. 16. Euntes ergo docete omnes gētes etc. ps. Annunciate inter gentes gloriā eius etc. Et hoc efficaciter. qz creditū est mundo. Et hoc dñs orabat Job. 17. Et hoc maxime mirum est qd p̄ simplices pauperes et impotentes totus mundus est conuersus. 1. cor. 1. Nō multi sapientes etc. Et hoc vt nō gloriatur omnis caro etc. Secundo manifestat qd sola veritas dei hoc facit. qz assumptum est in gloria christus. scilicet quia manifestatus assumptus est in cellis Mar. ultimo. Dominus quidē iesus postq̄ locutus est eis assumptus est in celum etc. Phil. 2. Et omnis lingua confiteatur quia dominus noster iesus christus in gloria est dei patris.

Capitulū quartū.

Spiritus autē manifeste dicit qd in nouissimis temporibus discedent quidā a fide attendētes spiritibus erroris et doctrinis demonioz in ypocrisi loquentiū mendaciū: et cauteriatā habentiū suā cōscientiā: phibentiū nubere: abstinere a cibis quos deus creauit ad percipiendū cū gratiarū actione si delib? et his qui cognouerūt veritatē. Quia omnis creatura dei bona est et nihil reijciēdū qd cū gratiarū actione percipitur. Sanctificat enim per verbū dei et orationē. Superius instruit timotheum de pertinentibz ad ordinationē ecclesie in spiritualibus. Secundo quantum ad documenta fidei: cultum dei et dispositionē ministeriorum: hic instruit eum de ordinatione ecclesie quantum ad exteriora. Et primo quantum ad cibos. Secundo q̄tum ad status hominum et vitas ibi. Quicūqz sub ius